



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis
Prædicatorum**

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

Quaestio 30. De vi nominis, haereticus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

maticos, c. de episco, audiētia, idem prorsus libri de repulsi sunt in iud. librorum prohibitorū Pg. IV.
in hac verba: Libri omnes, & scripta Geomantie, Hydromantie, Aeromantie, Pyromantie, Onomantie, Chiromantie, Oecromantie, siue in quibus continentur sortilegia, veneficia, auguria, auspicia, incantationes artis magicae, prorū reperiuntur, hę ibi.

c Scilicet libros Necromantie, libros Geomantie, &c.) Varro scripsit divinationum quatuor esse genera per terram unde Geromantia, per aquam unde Hydromantia, per aërem unde Aeromantia, per ignem unde Pyromantia, ca. igitur 26.q.3 sed multas alias excogitauerunt Magi dēmonum arte, ab omnibus fere rebus petitas, in primis vero a corpore humano, & singulis eius partibus; ex quibus que per mortuorum cedauera quasi excitata & ad vitam renocata contingit, Necromantia dicitur. nec mirum. 26.q.5. que per lineas manū chiromantia, ceteras longum esset recensere, que licet huīs essent loci, non tamen sunt instituta nostra breuitatis, eas copiose sumus persecuti in libris de penitētē reticorum, ubi tam vetera quam noua diuinandi genera recensuimus, ostendentes quantum singula distent a vero, & qualēm hæresis suspicionem contrahant, qui illis vivuntur.

d Qua exhibere dēmonibus sapit hæresim manifeste.] Et propterea earum tunc punitio & cognitio ad inquisitores spectabit. c. accusatus. §. Jane de hæret. lib. 6. Quo modo autem cognoscendum sit, quando divinationes & sortilegia sapient manifestam hæresim, et qualis sortilegiorum pena, dixi infra p. 42. huīs partis. sive interim Zanchini tract. de hæret. c. 22.

Q V A E S T I O X X .

De vi nominis, Hæreticus.

Higesima quæstio est: Hæreticus ex vi nominis, quis dicendus est?
Ad hanc respondemus, quod si cut ab eremo dicitur eremita, sic ab hæreti dicitur hæreticus, seu hæretica. Hæreticus autem, ut dictum est supra q. 1. tripliciter etymologizatur. Et primo ab eligo eligis secundum Iſidorū & Papam; & inde dicitur hæreticus quasi electius. Secundo ab adhæreo; adhæres; secundū Hug. & inde dicitur hæreticus quasi adhæsius. Tertio ab ercōfōrō, ris, secundū Iſidoriū, quod id ēt est, quod diuidōdis: & inde dicitur hæreticus quasi diuisiūs. Ex his patet, quod hæreticus ex vi nominis, dicitur quasi electius, quasi adhæsius, & quasi diuisiūs: Nā doctrinam falsam & peruersam primo eligit: post illi electe pertinaciter adhæret: per quę ab aliis sanè sapientibus diuiditur & elongatur.

C O M M E N T . L X .

a **A**D hanc respondemus, quod sicut ab eremo dicitur eremita.] De Etymologia huīs nominis, hæreticus, eadem fere omnino habuit dispu-

tationem Eymericus supra in hac 2.p. quae fl. 1. quo loco nos quid sentiendum videretur plene diximus. Huiusmodi autem Etymologia quamvis hæretici hominis hæretici naturam explicit, vera tamen non sunt. Sed videnda omnino que in predicta q. 1. scripsimus.

Q V A E S T I O X X I .

Quot modis in iure quis dicatur hæreticus.

S V M M A R I V M .

- 1 Hæreticus in iure dicitur omnis excommunicatus.
- 2 Item quilibet Simoniacus.
- 3 Ad hæc quisquis contra Romanam Ecclesiam agit.
- 4 Et qui errat in expositione sacrae scripture.
- 5 Non & sc̄la & auctor vel sectator.
- 6 Male sentiens de sacramentis Ecclesie.
- 7 Errans circa articulos fidet.
- 8 Postremo, qui dubius est in fide.

HRigesima prima quæstio est: Hæreticus in iure quis, & quot modis, & extenso nomine dicendus est?

Ad hanc respondemus, quod hæreticus extenso nomine, octo modis sumimur.

- 1 Nam primo dicitur hæreticus, quilibet excommunicatus. 4.q. 1. Quod autem.
- 2 Secundo dicitur hæreticus, quilibet simoniacus. 1.q. 1. Quilibet.
- 3 Tertio dicitur hæreticus, qui aduersus Romanam Ecclesiam agit, & eius dignitatem a Domino traditam auferre conatur, dist. 22. Omnes.
- 4 Quarto dicitur hæreticus, quicunque erat in expositione sacrae scripture. 24. quæst. 1. Hæreticus.

- 5 Quinto dicitur hæreticus, quicunque confingit nouam sectam, vel consuetam sequitur, 24.q. 1. Hæreticus.
- 6 Sexto dicitur hæreticus, quicunque male sentit de Ecclesia sacramentis, de hære. Ad abolēdam.
- 7 Septimo dicitur hæreticus, quicunque alter sentit de articulis fidei, quam Romana Ecclesia. 24.q. 1. Hæc est fides.
- 8 Octauo dicitur hæreticus, quicunque est in fide dubius, de hæret. c. Dubius.

His concordat Hostien. Io. And. in nouella, Bernardus supradic. Firmissime, extra de hæret. & alij notatores. †.

C O M M E N T . L X I .

a **A**D hanc respondemus, quod hæreticus extenso nomine, octo modis dicitur.] Expli- cata viet natura nominis, hæreticus, quod modis hæreticus quis dicatur, ostendit Eymericus: octo autem modos refert quibus aliquis hæreticus dici possit, ex extenso tamen nomine, id est, in lata significacione: et Turrecrēmata in summa de Ecclesia lib. 4. p. 2. cap. 12. duodecim modos enumerat, totidem recēset Eymericus.